

ZC  
4525





AK 302

v. Loss

Zc  
4525

MELOS.

Honoribus novis ac summis  
Illustris, Generosi, Strenui, No-  
bilissimi, Magnificentissimiq; Viri, Domini  
**JOACHIMI à LOSS,**

Toparchæ in Pilnitz / Schönfeld / Graupa & Bessen / Sa-  
cræ Cæsareæ Majestatis Consiliarij, sacriq; Romani  
Imperij Proventuum imperialium Præ-  
fecti splendidissimi;

*Cum à Serenissimo atq; Potentissimo Principe  
ac Domino, Domino JOHANNES GEORGIO, Elea-  
ctore Saxonie, &c. Secretarij Consilij Director ac Præses  
constitueretur eminentissimus:*

*Cum*

Anagrammatibus,

*Pro ejusdem Domini Collatoris ac Patroni sui  
ut meritissimi, ita jugi observantiâ  
colendi Nominalibus:*

*Decantatum*

A

M. Petro Ailbero, Poëtâ Coronato Cæsario,  
Schönfeldæ Lossianæ Pastore.

*Anno Christiano, qui est in hoc consolatorio:*

DogMatIs atq; VI VnVs VerI proteCtor IoVa;

FIDaq; Ve LVtherI pLaVDet Vblq; Ve FIDes.



1629



## Epigramma dedicatorium.

**M** Agnum magna decent, LOSSI; tu magnus  
es: ergò

Debebam magno munera magna dare.

Sed quid ego ingenio parvus, quid corpore parvus

Dem magno spartâ, pectore, stirpe & ope?

Parva fero parvus magno magè; carmina parva

Interdum magno sepè probata viro.

Sis magnus Spartâ, sis magnus Saxonis Aulâ,

Nec moveant pectus magna pericla tuum.

Sidera magna tibi splendent, DEVS omnia magna

Expressit vultu, corpore, mente. VALE.

I.  
MELOS.

Strophe.



Atlas obli **SCHOENBERGVS** ille  
Misnicus:

*Sed alter Atlas deficit haud Misnicus:*

*Secretioris Præses ecce LOSSIVS*

*Conclavis insignitur! ille publica*

*Æquè potest gestare rerum pondera.*

*Clarat honoratâ namq; hunc Sapiencia famâ:*

*Huic Suada linguam contulit, leges Themis:*

*Hunc exebit aurea Virtus.*

*Hinc Candor est, hinc Relligio & Fides*

*Instar nitentis Luciferi emicant.*

*Hinc res graves equis piisq;*

*Consiliis Sapiens gubernat.*

*Nestoream ore sonat, cum fert suffragia, linguam,*

*Et cautionis pondere*

*Vincit acumen Ulyssis.*

*Hic condus est, promusq; consilii optimus.*

*Hinc auris audit IAN. GEORGI*

*Principis Ensiferi fidelis;*

*Constans Achates ter salubri*

*Consilio Domini potentis.*

A 2

Captum

Captum hunc amor tantum sacri tenet iuris,  
Rectiq; cultus, nec dolosi  
Sollicitant peritura mundi  
Pigmenta, salvis legibus.

### ANTISTROPHE.

O te beatum munere Præfidis,  
LOSSI, supremi! ô conspicuas opum  
Verarum opum possessiones,  
Quas facilis tibi dat Jehova,  
Virtutis almæ dulcia præmia!  
Te te purpureo vivacibus ex amarantibus  
Serto coronat gloria:  
Te Fama sublimem superbis  
Non moritura vehit quadrigis.  
Hanc noscit orbis non modo Misnicus:  
Noscent Saxonibus undiq; finibus  
Hanc rura: dulces cantilenis  
Dulcibus insonuere Musæ.  
Præclara Musæ facta mori vetant:  
Quarum qui egebit muneribus sacris,  
Non ille per longos beatus  
Lætitiæ potietur annos.  
Ast te lyrarum suaviloquus lepos  
Mistæq; dulci carmine tibiæ  
Dicunt: videnti summa plausu:  
Laus operosa tibi resurgit.

Nonne:

Nonne vides Musas victuræ inscribere cedro?  
Æternum florent nomina LOSSIADÆ.  
EPODOS.

**F**elix ergo quod auguror, bonumq̄,  
Nunc lemniscatam palmam tibi tradidit ultra  
Saxo Pater Patriæ:  
Dignum tuâ virtute dignum præmium,  
Laboribus tuis profecto debitum.  
Fis nempe Præses intimi fis Consill.  
Dicite grande Sophos, genium ingeminate benio  
gnum,

Et præana Viro fundite Musicolæ.  
Charites plaudite, vos Aonidesq̄;  
Nova nunc nablia, nunc tympana ferte.  
Etenim quæ sileat carmine Vates, (Aulâ?)  
Novem Amor Pieridum, Saxonica splendor in  
Neq̄ de posteritate ille meretur,  
Tua qui non recinit grandia facta,  
Neq̄tat quiq̄ metrum doctisonum, nobile metrum,  
Populi quem celebrem consilio & stemmate jaclant.  
Capesse letus euge! LOSSI, præmium:  
Sis salvus, ut sis salvus, cant tuæ  
Nutus ad omnes, propitio DEO,  
Ex asse consultationes,  
Corpus & hinc animus vigescat,  
Ego ipse pro tuâ salute præstitis

A 3

Voco:

Voco: non Vejovis tibi tela nocēbunt:  
Contraria melior avertuncabit Deus,  
Hoc Præsidis nomen gere arduum diu,  
Nec absq; laude gloriâq; maximâ,  
Nec absq; Commodis subinde plurimis.  
Summarum summa est: prospera cuncta fluant.  
Hanc voti summam Coeli indulgentia firmet:  
Coelo favente pullulat  
Copia larga bonorum.

II.

*Anagramma primum.*

JOACHIMUS A LOS:

*Per Prosopopeiam:*

HIC SOL, AIO MUSA.

*Autogramma.*

**Q**ueritur à Musâ quisnam sit LOSSIVS ille:  
SOL, AIO illa refert, MVSA, decorus  
HIC est.

*Epigramma.*

**L**OSSIVS, auricomus ceu Sol, micat inclytus  
Heros:  
Saxonis Ensiferi quod Ducis Aula probat.  
Sole decus calido ceu fota humus educat ingens,  
Cultoresq; beat fruge ferace suos:

LOS.



**LOSSIADENS** sic se Virtus extendit ubiq̃,  
Laudibus atq; implet Solis utramq; Domum.  
Hinc instar Solis mensæ celebratur; & hinc est  
Oraculum hoc Musæ, quod retegit Lycophron:  
**HIC SOL** est, **AIO MUSA**, ô quam nuncia veri  
Musa! id fama suis clarat ubiq; tubis.  
Justitiæ **CHRISTVS** Sol splendidus ille per annos  
Det multos Solem fulgere **LOSSIADEN**.

III.

*Anagramma secundum.*

**IOACHIMUS LOSSIUS:**

**HIC SOL A MUSIS, VISO:**

(*Pro video tantum phrasi Plautinâ*)

*Autogramma.*

**Q**uestus summâ **LOSSI** de laude Patroni,  
**HIC SOL A MUSIS, VISO**, ait en  
Lycophron!

*Epigramma.*

**S**plendide Misniadum **IANI** Sol chare **GEOR**.  
Quis canat ingenij roborâ magna tui? (G I,  
Quis studium, laudesq; tuas æquare canendo  
Speret? laus magnis debita magna viris?  
Debetur laus magna tibi, laus maxima stirpis;  
Vnus es ad magna & maxima quæq; salus.

*Altior*

Zc 4525 QK

Altior ingenio quantò & virtutibus antels  
 Omnes qui Dominum Marte vel Arte iuvant;  
 Tantò Iustitiã, tantò Pietate Fideq;  
 Major es in magnis, major es in minimis.  
 Te sine nil magnum hinc mens Saxonis inchoat alta,  
 Te sine nil magnum hinc Enfigeri Aula facit.  
**HIC SOL** A cultis radiat, **VISO**, tibi **MVSIS**,  
 Tãm præcelsus honor promicat inde tibi.  
 Æternant Musæ radiantia pectora donis;  
 Dant vitam Musæ, dant sine morte decus.  
 Ut Sol illustres sacras hoc lumine Musas,  
 Te jubar irradiet confoveatq; DEI.



Dresdæ, typis Gimelis Bergen,  
 Elect. Saxon. Typographi,

ANNO

-----  
 M. DC. XXIX.

107

m.c.



ULB Halle  
003 075 46X

3





AK 302

Honorib  
Illustris, Gen  
bilissimi, Magni  
JOACH

Toparchæ in Wilniz /  
cræ Cæsareæ Majes  
Imperij Provo  
fed

*Cum à Serenissim  
ac Domino, Domino  
ctore Saxonie, &c.  
constitu*

An  
*Pro ejusdem Dom  
ut meritiss  
coler*

M. Petro Ailber  
Schönfe  
*Anno Christian  
DogMatIs atqVI  
FIDaqVe LVthe*

